

publicoru[m] | iudicandorum ex s. c. ex privato | in publicum rede-
gerunt.

*Romae rep. sub Aventino ad Tiberim (VI 31574 vidit Huelsen; Bull. comu-
nale 1886 p. 277 n. 1275). Eodem fere loco repertum esse cippum supra N. 244
notat Huelsen. — 1) Quattuor primi redeunt N. 5940, C. Pontius Paelignus N. 5939.
Curator locorum publicorum iterum dicitur supra N. 942.*

5942 ex auctoritate | imp. Caesaris | Vespasiani Aug. | loca publica
a privatis | possessa T. Suedius Clemens | tribunus¹, causis cognitis et |
mensuris factis, rei | publicae Pompeianorum | restituit².

*Pompeis extra portam Herculensem rep. cippus quadratus, est Neapoli in
museo (X 4018 vidit Mommsen). — 1) Cohortis praetoriae puto. Idem memoratur
Tac. hist. 1, 87. 2, 12. Anno 79 fuit praefectus castrorum legionis in Aegypto
tendentis (III 53).*

5943 public. Fid.¹ | L. Manili. Q. f., | L. Marci. L. f., | duovirei III² |
terminavere.

*Ad viam Salariam, ubi fuerunt Fidenae, cippus (I 4144. XIV 4063 vidit
Dellefsen). — 1) Publicum Fidenatum. — 2) Ter.*

5943^a ex auctoritate et sententia | imp. Caesaris T. Aeli Anto[ni]ni
Aug. Pii determinatio [f]acta publica Mustat[on]orum.

*Ad montem Djebel bu Kohél circ. 5 chil. a Musti provinciae Africae (Carton
découvertes en Tunisie p. 62).*

5943^b R.¹ Vedo . . . , | V.² Autrodiu.³ C.⁴, | S. Racectiu.³ S., | S. Te-
ditiu.³ S. | statuendos⁵ | locaverunt.

*In agro Falerno, quattuor mil. pass. a Francolise, est Portici, cippus lapidis
Tiburtini (X 4749 cf. p. 4012 viderunt Zangemeister lapidem, Mommsen ectypum
gypsaceum). — 1) Praenomen ignotum. — 2) Vibius. — 3) Nomina gentilicia prae-
terea inaudita. — 4) f. omissum consuetudine Osca (Jordan quaestiones archaee.
[ind. lect. Regiom. aest. 1884]; Buecheler mus. Rhen. 1884 p. 414). — 5) Intellege:
terminos (Momms.). Titulum ad agrum Falernum saec. u. c. quinto civibus Ro-
manis divisum pertinere coniecit Mommsen l. c. (cf. C. I. L. X p. 365 b).*

5944 L. Caecilius Q. f. | procos.¹ | terminos | finisque ex | senati
consulto | statui iusit inter | Patavinos | et Atestinos. (In alio cippo minore,
qui huic impositus et cum eo iunctus fuit) . . . | senati [c]o[nsu]lto sta[tui] | iusit.

*Téoli in collibus Euganeis rep., nunc Patavii in museo (I 548. V 2492 vidit
Mommsen; imaginem Ritschl tab. LVIII B. c). — 1) Incertum utrum L. Caecilius
Metellus Calvus consul a. u. c. 613, an Metellus Diadematus consul a. u. c. 637. Illum
praefert Borghesius (opp. 6, 460. 513), propterea quod hic non videtur Galliam cis-
alpinam administravisse, et propter similitudinem harum inscriptionum cum N. 5945.*

5944^a [L. Caecili]us Q. f. pro cos.¹ | terminos finisque ex | senati
consulto statui | iusit inter Atestinos | et Patavinos. (Infra) L. Caecilius
Q. f. pr[o] cos.¹ [ex]² terminos | finisque ex senati | consulto statui iusit |
inter Atestinos | Patavinosque.